



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

I. Euangelicum horarum trium.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

Arenarijs. Dicitur *Horologium Passionis Dominice*, aut CHRISTI CRUCIFIXI sed non est vasus generis, Triplex licet distinguere.

I.
H O R O L O G I U M
E V A N G E L I C U M
trium horarum.

IN tres horas commodè dies dispartitur; ut, *Prima* hora sit *Matutina*, quæ extenditur in Meridiem. *Secunda*, *Meridiana*, quæ producitur in *Vesperum*. *Tertia*, *Vespertina*, quæ incipit à tenebris, & finitur cum tenebris. Illis tribus Horis signantur tria *Mysteria PASSIONIS DOMINICÆ*, quorum qui memoriam habet, recordatur omnium, quæ CHRISTVS passus est; nam exactissime repræsentant vniuersa.

Cernitur Venetijs ad *Diui Marci basilicam* *Horologium* elegans & mirandum; quod non modò horarum spacia, sed & *Cæli* ac *Planetarum* motus distinguit. Insuper, quotiescumque horam pulsus campana edicit, tres *statuæ* *Magorum* qui ab *Oriente* *Christum* adoraturi aduenerunt, ab vno latere ad aliud progrediuntur, & *DEIPARÆ* *Virgini* cum *Puero* *IESV* fabricatæ ibidem transientes profundam exhibent reuerentiam.

Sed quid hoc *Horologium* ad istud *Patientis* *Christi* *D.* in quo *DEI* & *Hominis* motus, *conuersiones*, *inuersiones*, *flagellationes*, *Illusio*, *Cō-*
spira-

PASSIONIS DOMINICÆ. 231

ſputatio, Crucifixio; Humanitatis imum, Diuinitatis ſummum, quæ ſunt planè infinita, fideliter re- præſentantur.

EST huius Horologij, quod eſt trium horarum Auctor CHRISTVS D. qui in Euangelio accuratè diſtinguit PASSIONEM ſuam in tres partes primarias, reſpondentes tribus illis horis. Siquidem Paſſus eſt Tria: Illuſiones ignominioſiſſimas, ILLVDIVR: Flagella atrociffima, FLAGELLAVR: CRUCEM acerbiffimam, CRUCIFIGETVR. Nam ad hæc Tria, tanquam Capita, reuocantur omnia, quæ paſſus eſt Dominus, & referuntur ab Euangeliftis.

ITAQVE, qui ſecundum hoc Horologium, quotidie Hora Matutina, renouabit memoriã Illuſionum, ſeu Verborum, ad ludibrium ſpectantium. Hora autè altera, quæ eſt Meridiana uſque ad veſperam deferet memoriã Flagellationum, ſiue Verberum. Hora denique tertia, quæ eſt Veſpertina Crucifixionis; ſemper habebit memoriã PASSIONIS DOMINICÆ, ac CHRISTI CRUCIFIXI. In omnibus operibus tuis memorare Nouiffima Redemptoris tui, & in æternam non peccabis.

II.

HOROLOGIVM

ARTIFICIALE

duodecim horarum.

CVM dies artificialis ſit ſpacium, in quo Sol, tendens ab Oriente in Occidentem, manet

L 2

ſupra